

BREVISSIMVS
CATECHISMVS
CATHOLICVS

Omnia, quæ Christianum ad æternam animi salutem consequendam
credere, & facere oportet, complectens,

D. AVGVSTINO HVNNAEO AVTHORE:
NUPER VNICO SCHEMATE COMPREHENSVS,
*atque ita in lucem editus, diligenter recognitus, & in libelli formam
ad commodiorem iuuentutis usum auctore
eodem redactus.*

CVI RECENS ACCESSIT EORVM SVMMÆ THEOLOGICÆ,
B. THOMÆ AQUINATIS locorum, in quibus præcipuæ istius
Catechismi materiæ permultis usque dilucidis ac firmis argu-
mentis tractantur, notatio.




LVGDVN I.
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.
M. D. LXXXVIII.

BREVISSIMVS
CATECHISMVS
CATHOLICVS

Omnia, quæ Christianum ad æternam animi salutem consequendam
credere, & facere oportet, complectens,

D. AVGVSTINO HVNNAEO AVTHORE:
NUPER VNICO SCHEMATE COMPREHENSVS,
*atque ita in lucem editus, diligenter recognitus, & in libelli formam
ad commodiorem iuuentutis vsum auctore
eodem redactus.*

CVI RECENS ACCESSIT EORVM SVMMÆ THEOLOGICÆ,
B. THOMÆ AQUINATIS locorum, in quibus præcipuæ istius
Catechismi materiæ permultis iisque dilucidis ac firmis argu-
mentis tractantur, notatio.



LVGDVN I.
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.
M. D. LXXXVIII.

AMPLISSIMO ET ORNATISS.

VIRO DOMINO VIGLIO ZVICHEMO AB AYTTA,

primo S. Bamonis apud Gendenses Præposito, supremique Senatus Belgici, Præsidi clarissimo, & illustrissimi ordinis aurei Velleris Cancellario præstantissimi. Ang. Hunneus

S. P. D.



NUPER, Præses amplissime, cum ea que nobis à Regia catholica Maiestate, tuo suafu atque consilio demandata fuerat Catechismi prælegendi prouincia perfuncti essemus, nouaque nobis (sententias videlicet Theologicas profitendi) esset commissa, nostro munere (vt iudicabamus) & discipulorum nostrorum utilitate postulante, vniuersam Catechismi Catholici doctrinam in vnum Schema breuiter coniectam, omnibus, vt probè nosti (quippe cuius nominis splendore commendatum in lucem id schema prodierat) vno aspectu intuendam contemplandamque præbueramus.

Postea verò aduertentes (quod & grauiorum virorum admonitione nobis est significatum) istius generis schemata, prouectioribus quidem ad prima Christianæ Religionis rudimenta recolenda magno vsui esse, dum parietibus affixa vniuersam Catechismi doctrinam omnibus vno aspectu intuendam contemplandamque præbent, sed incommodum eorum in scholis vsu, nos exemplo Pauli Apostoli, cupientes omnibus omnia fieri vt omnes lucrifaceremus, eandem doctrinam his natalitiis festis quibus à Sententiarum Theologicarum grauisima professione feriamur, diligenter recognitam in libelli formam conuertimus, vt omnes ex ea (iuniores quidem sub hac forma: reliqui autem natu grandiores, vel sub hac, vel sub schematis figura) Isautarem fructum percipere possint.

Quantum præstiterimus, tum in hac, tum in priori schematis editione, tuum, aliorumque eruditorum & piorum virorum esto iudicium.

Nos certe sedulo in eam incubimus curam, ne quid prætermitteremus, quod in aliorum multo prolixioribus de hoc eodem argumento editis libris, scitu necessarium aut cognitu magnoperè dignum extaret.

Cum autem huius libelli doctrina iam semel sub tui nominis splendore, publicæ lucis discrimen feliciter subierit, propter tantillam, quæ in ea nunc facta est externi habitus mutationem, alium illi patronum non putauimus quærendum.

Accipies igitur, ornatisime Præses, hilari fronte hanc nostram lucubratiunculam, perexiguam quidem si ipsa per se expendatur, si tamen præsentium temporum conditio spectetur, longè vtilissimam & que tui nominis autoritate muniatur (nisi nostra nos fallat opinio) dignissimam: nostrorum autem laborum mercedem abunde magnam nos consecutos existimabimus, si eos tibi gratos fuisse, & afflictæ grauitèrque laboranti Ecclesiæ aliquam opem attulisse intellexerimus.

Deus Op. Maximus V. R. amplitudinem nostræ Reip. Belgicæ moderandæ, literarumque tum sacrarum tum profanarum studiis studiosisq; (vt iam cœpit collegio duodecim adolescentibus alendis hic destinando, & magnificè dotando) promouendis, quàm diutissime incolumen seruare dignetur. Vale. Louanij Kalend. Ianuarii, anno à Christi Seruatoris nostri natiuitate CIO. IO. LXX.

Proœmium.

Catechism' hic an no 1566. primum scriptus est, grauisimibus in Belgio nostro iconoclastis.

Resentis libelli scopus est, non grauantium nunc iconoclastarum, aut aliorum quorumcumque hæreticorum proluxa disputatione falsa dogmata confutare, neque etiam catholice & salutaris doctrinæ veritatem argumentis accuratè conquisitis illustrare aut propugnare, sed nudè & summatim prima duntaxat & scitu maximè necessaria sinceræ & genuinæ, tam de agendis, quàm de credendis doctrinæ Christianæ capita, conuenienti inter se ordine digesta, (infertis interim sicubi res postulare videbatur, breuibus conuenientibusque annotationibus seu admonitionibus) complecti, vt eius adminiculo quisque Christianus Catholicus suæ professionis & doctrinæ Ecclesiæ Catholice summa capita facillè mente memoriâque comprehendere, & vt ad ea ita comprehensa vniuersæ vitæ suæ cursum, in dictis, factis, atque cogitationibus moderando, Deo debitum officium persoluere, ac sibi æternæ vitæ felicitatem comparare queat.

Catholici autem nomine (vt istud hic obiter adnotem) cum intelligo, qui baptismatis Sacramento initiatus Iesu Christi veri Dei atque hominis salutarem doctrinam in eius Ecclesiâ proficitur, neque sectis vllis, aut opinionibus ab Ecclesiâ Catholica reprobatis adheret.

Catholice autem Ecclesiæ nomine, intelligo perspicuum & sensui expositum cœterum illorum, qui baptizati veram sinceramque Christi fidem profitentur & a se B. Petri successori Romano Pontifici vt Christi in terris Vicario subiectos agnoscunt.

Quæ quidem vera & germana Dei Ecclesiâ, ab aliis falsò sibi hoc nomen vendicantibus, in symbolo à patribus primi Constantinopolitani Concilij edito his quatuor seceratur notis: quod sit vna, sancta, Catholica & Apostolica. Estque istius Ecclesiæ tanta dignitas, vt sicut extra arcem Noë, nemini in diluuiio corporis vitam conseruare licuit: ita extra istam Ecclesiam ad æternam animi vitam consequendam nemini pateat accessus. Quapropter quicumque sui animi æternæ salutis consultum velit, intra huius Ecclesiæ fines, omni cura atque diligentia se contineat.

a. Se B. Petri successori. De primatu Petri, Sup. q. 40. 6. & 22. q. 39. 1. c. f. & 3. q. 8. 6. c. An omnes sint schismatici, qui summo Pontifici subesse renunt 22. q. 39. 1. c. f. & Sup. q. 40. 6. c. b. Vna. Quomodo Ecclesiâ dicitur vna, 22. q. 183. 2. 1. m.

DOCTRINÆ CATECHISMI CATHOLICI PARTITIO.

Catechismi Catholici doctrina est quintuplex: videlicet, De fide, spe, charitate, iustitia Christiana, & sacramentis.

c. De fide, 22. q. 1. a. & 15. sequentibus. d. De spe, 22. q. 17. & 4. sequentibus. e. De charitate, 22. q. 23. & q. seq. vsq. ad 27. f. De iustitia Christiana & interiore. 12. q. 113. 1. c. De iustitia, vt est virtus cardinalis. 22. q. 58. o. g. De sacramentis, 3. q. 60. & sequentibus vsq. ad finem, & sup. q. 12. vsque ad quæst. 69.

Fides est virtus à Deo infusa, lumine quodam diuino ita hominis animum collustrans, vt firmiter assentiatur his omnibus, quæ ad veram sanctamque Religionem spectantia, Deus verbo suo reuelauit, & hominibus ad vitam æternam consequendam, credenda proposuit, siue sint, siue non sint sacris literis expressa.

De fide.

Fides quid? 22. q. 1. o. Fides est virtus. An fides sit virtus? 22. q. 4. ar. 9. o. Fides est virtus à Deo infusa. An fides sit homini infusa à Deo? 22. q. 6. l. o.

De fide.

Lumine quodam diuino. Quo lumine illustratus homo credit? 22. q. 1. 4. 3. m. & q. 2. 3. 2. m. Vt firmiter assentiatur. Assentiri quid? 22. q. 2. 1. 3. m. An actus fidei sit certior assensus? 22. q. 2. 1. c. An fides sit certior scientia & aliis virtutibus intellectualibus? 22. q. 2. 4. c. & q. 4. 8. o. Iis omnibus, quæ ad veram sanctamque religionem, &c. Quæ sint fide tenenda? 22. q. 1. 1. o. An omnia sint fide tenenda quæ Ecclesiâ tanquam credenda proponit? 22. q. 5. 3. c. potissimum. Credenda proposuit. Quomodo Deus credenda reuelat, mediâ an immediatè, 22. q. 6. 1. c. prin.

Verbum n. Dei distribuitur, videlicet, in Scripturâ quæ diuinitus inspirata, vtilis est ad Traditiones, quæ licet in nullo quidem sacre scripturæ libro expressè & syllabatim posita sint, diuinitus tamen sunt traditæ, & religiose vnâ cum scriptura tenendæ, dicente Apostolo, Fratres, tenete Traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram 2. Thessal. 2.

In iis autem, quæ primum Christiani homines tenere debent, præcipuum obtinent locum duodecim Symboli Apostolici partes, articuli fidei vulgò appellatæ.

Duodecim symboli Apostolici partes. An credibilia sint per certos articulos distinguenda? 22. q. 5. ar. 6. An conuenienter articuli fidei enumerentur? 22. q. 1. ar. 8. An conuenienter articuli fidei in symbolo ponantur? 22. q. 1. 2. 9. o. Ad quem pertinet fidei symbolum ordinare? 22. q. 1. ar. 10. o.

Quarum prima est,

I.
Credo in Deum patrem omnipotentem, Creatorem celi & terra.

II.

Et in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum.

III.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

IIII.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.

V.

Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

VI.

Ascendit ad calos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

VII.

Inde venturus est iudicare vivos & mortuos.

VIII.

Credo in Spiritum sanctum.

IX.

Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem.

X.

Remissionem peccatorum. ...

XI.

Carnis resurrectionem. ...

XII.

Vitam eternam. Amen. ...

Credo. Quid credere? ... In Deum. Quomodo distinguantur credere Deo, credere Deum & credere in Deum. ... De Deo. De Deo. ... De beatitudine eterna. ... De peccatis. ... De resurrectione. ... De vita eterna. ...

An per poenitentiam remouentur omnia peccata? ... De remissione venialium peccatorum. ... An potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ? ... Carnis resurrectionem. De resurrectione in fine mundi futura. ... De libro vitæ. ... An aliquis deleatur de libro vitæ? ... De beatitudine eterna. ... An homo in gratia constitutus possit mereri vitam æternam? ... An beatitudo semel habita possit amitti? ... De visione diuinæ essentie. ... De sanctorum beatitudine & eorum mansionibus. ... De doribus beatorum. ... De aureolis. ... De pena damnatorum. ...

Hoc symbolum veram Dei, diuinarumque rerum cognitionem, quæ ad bene beatque viuendum cuique necessaria est, breuiter ac dilucidè ob oculos ponens, recte quoque in tres partes distribuitur:

In quarum Prima, diuinæ naturæ persona prima & mirabile creationis opus describitur; quod fit ar. primo. Altera, diuinæ naturæ secunda persona & humanæ redemptionis mysterium exprimitur, quod fit per sex sequentes arti. Tertia, ad finem vsque Symboli, de tertia in diuinis persona agitur, quæ caput & fons est omnis sanctitatis, per quam Ecclesia peccatorum remissione accepta, sancta redditur, & gloriosam in posterum carnis resurrectionem, vitamque æternam certè expectat.

Sex sequentes ar. Cur plures articuli ponuntur circa personam Filij & Spiritus sancti, quam circa personam Patris, 22. q. 1. ar. 8. q. 4. m.

DE SPE.

Spes est virtus diuinitus infusa, qua homo fidelis in præsens quidem seculum bona salutaria in posterum vero ipsam salutem æternam firmam cum fiducia expectat. Hæc virtus exercetur precatione potissimum, cuius perfectissimum exemplar est precatio Dominica, cuius partes sunt vnâ præfatiuncula, & septem petitiones.

Spes est virtus. An spes sit virtus? ... Diuinitus infusa. An spes nobis à Deo infundatur? ... Homo fidelis. De subiecto spei. ... In præsens quidem bona salutaria. An bona huius vitæ sint obiectum spei? ... In posterum vero ipsam salutem æternam. An æterna beatitudo sit obiectum proprium spei? ... Firma cum fiducia expectat. An spes viatorum habeat certitudinem? ... Fiducia quid? ... Expectat, an aliquis possit non solum sibi, sed & alteri expectare æternam beatitudinem? ... De vitis oppositis spei, desperatione & presumptione. ... Precatio Dominica. Precatio siue oratio quid? ... De conuenientia, vtilitate, & necessitate orationis. ... De partibus & gradibus orationis. ... De his quæ petenda sunt. ... Pro quibus orandum sit. ... Quis orandus sit. ... Quæ ratio in orando requiratur. ... Quæ virtutes requirantur ad bonitatem orationis.

Præfatiuncula est hoc initium: Pater noster qui es in cælis. Septem verò petitiones sunt istæ, I. Sanctificetur nomen tuum. II. Adueniat regnum tuum. III. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.

IIII.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

V.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

VI.

Et ne nos inducas in tentationem.

VII.

Sed libera nos à malo, Amen.

Pater noster. Quomodo Deus dicatur pater noster, & nos eius filij? ... Cur potius dicimus pater noster, quam pater noster? ... Cum Deus præueniat nos sua beneuolentia, cur igitur videmur velle captare eius beneuolentiam, dicendo, Pater noster? ... Septem verò petitiones sunt istæ. ... Sanctificetur nomen tuum. ... Adueniat regnum tuum. ... Fiat voluntas tua. ... De duplici voluntate Dei, beneplaciti & signi. ... Quæ signa circa diuinam voluntatem ponuntur? ... Sicut in cælo & in terra. ... An dicæ tres petitiones sint in hac vita implendæ? ... An quatuor sequentes petitiones in hac vita implentur? ... Panem nostrum quotidianum. ... Quiddam intelligatur nomine panis nostri quotidiani. ... Et dimitte nobis debita nostra. ... Sicut & nos dimittimus. ... Sed libera nos à malo. ... Cur B. Lucas hanc petitionem prætermisit?

Præfatiuncula illa, [Pater noster qui es in cælis] nobis in memoriam reducit summum illud beneficium, quo nos Deus pater in gratiam recepit, ac propter Iesum filium in suos filios adoptauit.

In gratiam recepit. An per passionem Christi sumus Deo reconciliati? ... In suos filios adoptauit. Quomodo Deus ex sua bonitate rationalem creaturam admittat ad beatitudinis hereditatem? ... Cum Christus sit naturalis filius patris, & adoptio sit introducta in defectum naturalis filij, quomodo Deo conuenit nos in filios suos adoptare? ... Quomodo adoptemur in filios Dei? ... Quæ sit differentia inter Deum adoptantem & hominem adoptantem? ... Quæ sit differentia inter filij Dei adoptiuum & naturalem?

Petitiones verò septem ita distinguuntur. Priores quatuor, bona precamur. Reliquis tribus, mala precibus à nobis auertimus. diuinæ maiestatis honorem & gloriam. nosstram felicitatem. obedientiam Deo debitam. corporis animæque sustentationem. peccata. tentationes ad peccatum pettrahentes. futura vitæ calamitates.

Huic precationi vt statim subnectatur Deiparæ Virginis Mariæ salutatio, quæ Angelica dicitur, longo iam Christianorum vsu receptum est, quæ sic habet,

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedictus tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus Christus: Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

Prima ad Mariam virginem eius commendandæ causa ab angelo prolata est, videlicet ista, Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Luc. 1. Secundam Elizabeth, ad filij laudem, adiecit, hanc nimirum, Et benedictus fructus ventris tui. Luc. 1. Tertiam Ecclesia adiunxit, cuius illud quidem Iesus Christus explicatio nis causa illud verò, Sancta Maria mater Dei ora, &c. vt non tantum laudandâ, sed etiam inuocandam esse B. Virginem nos moneret, adiecit.

Aue gratia plena. Cur hac insolita salutatione saluauerit angelus B. Mariam? ... Gratia plena. De sanctificatione B. Virginis. ... Quid angelus expressit dicendo, Gratia plena? ... Cum plenitudo gratiæ sit propria Christo, quomodo B. Maria dicitur plena gratiâ? ... An B. Maria in tota sua vita nunquam peccatum aliquod actuale admiserit? ... Dominus tecum. An hic exprimat conceptus B. Mariæ? ... Benedicta tu in mulieribus. Quid his verbis angelus significare voluit? ... Et benedictus fructus ventris tui. An B. Maria sit verâ & naturalem mater Christi? ... An in Christo fuerit plenitudo gratiæ? ... Mater Dei. An B. Maria dicenda sit esse vera mater Dei? ... Sed etiam inuocandam. An B. Maria præ cæteris sanctis omnibus sit honoranda & adoranda?

DE CHARITATE.

Charitas est virtus diuinitus infusa, qua sincerè Deus propter se, & proximus propter Deum diligitur.

De charitate. 22. q. 23. vsque ad q. 47. m. Charitas quid? ... Est virtus. An Charitas sit virtus? ... Qualis sit virtus? ... An sit forma omnium virtutum? ... Diuinitus infusa. An charitas causetur in nobis ex infusione? ... An charitas infundatur secundum capacitatem naturalem? ... Quæ sincerè Deus propter se. An Deus sit propter seipsum, & non propter aliud diligendus? ... An Deus sit magis diligendus quam proximus? ... An homo debeat ex charitate plus diligere Deum quam seipsum? ... Et proximus. Quis est proximus? ... An dilectio sistat in Deo, & non se extendat ad proximum? ... An peccatores sint ex charitate diligendi? ... An angelos ex charitate debeamus diligere? ... An dæmones sint ex charitate diligendi? ... Quis cui in dilectione sit præferendus? ... Propter Deum. Quomodo proximus sit diligendus propter Deum? ... Diligitur. Diligere siue amare quid?

Ex qua definitione liquet duas esse charitatis partes, videlicet, Dilectionem Dei, & Dilectionem proximi, quibus tertia ex naturali lege addenda est, videlicet suiipsius dilectio. Quæ omnes partes, præceptorum tum Dei, tum Ecclesiæ obseruatione, sese foris ostendunt, & veluti è tenebris in lucem prodeunt.

Ex diuinis autem præceptis præcipua sunt Naturæ duo, & Decalogi, decem. Naturæ duo præcepta sunt hæc;

Prius.

Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Matth. 7.

Alterum.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando facias alteri, Tob. 4.

Duas esse.] Si dicitur partes charitatis, dilectio scilicet Dei & proximi, an ergo charitas non sit una virtus? 2^a. q. 23. s. 1. m. potissimum. Videlicet superius dilectio. An homo diligat seipsum ex charitate? 2^a. q. 23. 4. o.

An homo corpus suum ex charitate diligat? 2^a. q. 23. 5. o.

An peccatores seipsos diligant? 2^a. q. 23. 4. o.

Si homo debeat seipsum diligere, cur igitur de dilectione seipsius non fuit aliquod præceptum datum? 2^a. q. 44. 31. m. & 12. q. 100. 51^m.

Præceptorum tum Dei, tum Eccl.] An charitatis ratio in hoc consistat, quod homo velit se Deo subicere, & præceptorum regulam in omnibus sequi? 2^a. q. 24. 12. c. prin.

Ex diuinis autem præceptis præcipua sunt, Naturæ duo.] An in nobis sit aliqua lex naturalis? 2^a. q. 91. 2. o.

An lex naturæ contineat plura præcepta? 2^a. q. 94. 2. o.

Decalogi decem.] An omnia præcepta moralia reducuntur ad decem præcepta Decalogi? 2^a. q. 100. 3. o.

Quomodo præcepta decalogi sint distinguenda? 2^a. q. 100. 4. o.

An præcepta decalogi conuenienter enumerentur? 2^a. q. 100. 5. o.

An præcepta decalogi sint debito & conuenienti ordine disposita? 2^a. q. 100. 6. o.

An præcepta decalogi conuenienter tradantur? 2^a. q. 100. 7. o.

An præcepta decalogi sit dispensabilia? 2^a. q. 100. 8. o.

Omnia quæcumque vultis.] 1^a. q. 99. 1. 3^m. & q. 94. 4. 1^m.

Quod ab alio oderis.] 1^a. q. 94. 2. c. f. & 100. 3. c.

Decalogi decem præcepta his verbis scriptura recenfet:

I.

Exod. 20. **Ego sum Dominus Deus tuus, Non habebis deos alienos coram me.**

1^a. 26. **Non facies tibi sculptile, ut adores illud.**

II.

Exod. 20. **Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.**

III.

Memento ut diem Sabbathi sanctifices.

III.

Honora patrem tuum & matrem tuam ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

V.

Non occides. :***

VI. :***

Non moechaberis.

VII. :***

Non furivm facies.

VIII.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

IX.

Non concupisces uxorem proximi tui.

X.

Non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bo- nem, non a finum, & uniuersa quæ illius sunt.

Hæc Decalogi decem præcepta bifariam diuiduntur, Tria enim ex his ad Deum pertinent, & prior tabula continentur. Reliqua vero septem ad proximum, & tabulam posteriorem spectant.

Ego sum Dominus Deus tuus.] An sint diuersa præcepta, scilicet Ego sum Dominus Deus tuus, & Non habebis Deo alicenos coram me? 1^a. q. 100. 4. 2^m.

Non facies tibi sculptile.] An sit unum præceptum, Non habebis deos alienos coram me, & Non facies tibi sculptile? 1^a. q. 100. 4. c. sub. finem, & 1^m.

An primum præceptum decalogi conuenienter tradatur? 2^a. q. 122. 2. o.

Quid prohibetur hoc 1. præcepto? 2^a. q. 122. 2. c. f. 2^m. & 3^m.

Quid præcipitur homini hoc primo præcepto? 1^a. q. 100. 5.

De religione, & eius actibus. 2^a. q. 81. & 4. seq.

De superstitione. 2^a. q. 91.

De speciebus superstitionis. 2^a. q. 93. & sequentibus vsque ad 97.

Non assumes nomen.] An secundum præceptum decalogi conuenienter tradatur? 2^a. q. 122. 3. o.

Cum sint multa nomina Dei, cur singulariter dicitur, Non assumes nomen Dei, & non potius nomina Dei? 2^a. q. 122. 3. 1^m.

Quid prohibetur hoc præcepto? 1^a. q. 100. 5. 3^m. & 2^a. q. 122. 3. c. f. 2^m. & 4^m.

Quid præcipitur hoc præcepto? 1^a. q. 100. 5. c.

De iuramento. 2^a. q. 84. o.

De periurio. 2^a. q. 98. o.

Cur in Exodo huic præcepto, sicut & primo, peculiariter additur comminatio peccati? 1^a. q. 100. 5. 4^m.

Memento ut diem sabbathi sanctifices.] An testium præceptum decalogi de sanctificatione scilicet sabbathi conuenienter tradatur. 2^a. q. 122. 4. o.

Cum omnia præcepta Dei sint in memoria retinenda, cur in solo tertio præcepto sit mentio de memoria. 1^a. q. 100. 7. 5^m.

Cum ad cultum Dei pertinet non solum sabbatum, sed multe alię solennitates, cur igitur solum sit mentio sabbathi in 3. præcepto? 2^a. q. 100. 5. 1^m. & 1^a. q. 122. 4. 2^m.

Quid hoc præcepto præcipitur? 1^a. q. 100. 5. c. & 2^a. q. 122. 4. c. 1^m. & 3^m.

Quis hoc præceptum 3. transgredi dicendus est? 2^a. q. 122. 4. 3^m.

De festis ut infra in 1. præcepto Ecclesię.

Quomodo præceptum hoc de sanctificatione sabbathi seruatur in nouo testamento. 2^a. q. 122. 4. 4^m.

Honora patrem tuum.] Cur præceptum de honorandis parentibus ponitur primum inter præcepta de dilectione proximi data? 1^a. q. 100. 7. c. & 2^a. q. 122. 5. c.

Cum prius sint extirpanda vitia, quæ prohibentur per præcepta negatiua, quam sint inferendę virtutes, quarum actus præcipiuntur per præcepta negatiua, quomodo primum præceptum concernens proximum est affirmatiuum? 1^a. q. 100. 6. 2^m.

Cur magis datur speciale præceptum de pietate, quam de obseruantia, honore, gratia, & similibus. 2^a. q. 122. 5. 1^m.

Cur magis præcipitur honor parentum, quam eorum sustentatio. 2^a. q. 122. 5. 1^m.

Cur magis ponitur præceptum de honorandis parentibus, quam de diligendis filiis. 1^a. q. 100. 5. 4^m.

Vt sis longævus super terram.] Cur solum in primo & quarto præcepto additur promissio. 1^a. q. 100. 7. 3^m.

Cum honorantes parentes suos contingat citò eripi ex hac vita, quomodo promissionis huius veritas saluatur. 2^a. q. 122. 5. 4.

De pietate. 2^a. q. 101.

De obseruantia. 2^a. q. 102.

De honore. 2^a. q. 103.

De obedientia & inobedientia. 2^a. q. 104. & q. 105.

De gratia siue gratitudine, & ingratitude. 2^a. q. 106. & 107. o.

Non occides.] De quibus hoc dicitur. 2^a. q. 64. 1. 8.

An occidere quęcumque venientia sit illicitum. 2^a. q. 64. 1. o.

Quando & cui liceat occidere homines peccatores. 2^a. quest. 64. 2. 3. & 4.

An liceat aliquo casu occidere innocentem. 2^a. q. 64. 6. o.

An non liceat homini occidere alium, se defendendo. 2^a. q. 4. 7. o.

An aliquis casualiter hominem occidens, incurrat reatum homicidij. 2^a. q. 64. 8. o.

An liceat alicui seipsum occidere. 2^a. q. 64. 5. o.

An bellare sit peccatum. 2^a. q. 4. o. 1.

An solum homicidium hic prohibeatur. 2^a. q. 122. 6. 2^m.

De vindicta. 2^a. q. 108. o.

De ira. 2^a. q. 128. o.

De inuidia. 2^a. q. 36. o.

De odio proximi. 2^a. q. 39. 3. & c.

De discordia. 2^a. q. 37.

De pace & concordia. 2^a. q. 29. o.

Non moechaberis.] Quid hic intelligitur prohiberi. 1^a. q. 10. o. 5. c. & 2^a. q. 122. 6. 2^m.

De luxuria. 2^a. q. 153.

De speciebus luxuriam. 2^a. q. 154.

An in tactibus & osculis consistat peccatum mortale. 2^a. q. 154. 4. o.

De

De castitate & virginitate, 2^a. q. 151. & 152.

De abstinentia & ieiunio, 2^a. q. 147. & 148.

Non furum facies.] Quid hic prohibeatur, 1^a. q. 100. 5. c. 2^a. q. 122. 6. 2^m.

De furto & rapina, 2^a. q. 66. art. 3. & seq.

De fraude quę coningit in emptione & venditione 2^a. q. 77. o.

De vfura, 2^a. q. 78.

De restitutione, 2^a. q. 82. o.

De elemofinis, 2^a. q. 32. o.

De liberalitate, 2^a. q. 117.

De auaritia, 2^a. q. 118.

De prodigalitate, 2^a. q. 119.

Non loqueris contra proximum falsum testimonium.] Quid hoc præcepto vetitum est? 1^a. q. 100. 5. c. & 2^a. q. 127. 6. 2^m.

An falsum testimonium semper sit peccatum mortale? 2^a. q. 70. 4. o.

De veritate, 2^a. q. 109.

De mendacio & reliquis vitis veritati oppositis, 2^a. q. 110. vsque ad q. 114.

De amicitia quę dicitur affabilitas, 2^a. q. 114.

De vitis affabilitati oppositis, 2^a. q. 115. & q. 110.

De contumelia, detractio, & cæteris iniuriis verborum, 2^a. q. 72. vsque ad q. 77^m.

Non concupisces uxorem proximi tui.] Quid hic prohibeatur, 1^a. q. 109. 5. c.

Cur magis ponitur præceptum prohibens concupiscentiam adulterij & furiv, quam concupiscentiam homicidij & falsi testimonij? 1^a. q. 100. 5. c. & 2^a. q. 122. 6. 4^m.

Cum prior sit actus cordis quam oris vel exterioris, quomodo præcepto prohibentia actum cordis & concupiscentiam ponuntur vltimo loco? 1^a. q. 100. 6. 3^m.

Non domum, non agrum, non seruum.] Cur de concupiscentia vxoris alienę, & rei alienę ponuntur duo præcepta? 2^a. q. 100. 4. c. fi. & 3^m.

Priori tabula.] An præcepta de dilectione Dei conuenienti metodo præponantur præceptis de dilectione proximi? 2^a. q. 100. 6. 1^m.

BREVIS ANNOTATIO DE VE- RA ET GERMANA PRIMI PRÆCEPTI INTELLIGENTIA, CONTRA ICONOCLASTAS.

Primo Decalogi præcepto vetat Deus idololatram quę Moyfi temporibus longē latēque per orbem terrarum diffusa erat.

Committitur autem idololatrię impietas, quando idolo cuiquam cultus soli Deo debitus tribuitur, seu quando rei commenticia, aut cuiquam creaturę, vis, potestas, excellentia, & dignitas Dei propria, inesse creditur;

ob idque illi, vt Deo, honor & cultus nusquam aliò relatus deferretur: quomodo Pagani deos suos & idola colebant.

Quid autem non prohibeantur hoc loco penitus omnes omnium rerum arte expressę similitudines, & creaturarum imagines, vt externa verborum facies præ se ferre videatur, Deus ipse quum multis aliis, tum sequentibus scripturę locis manifestissimè declarat: Duos quoque, [inquit Deus, Moyfi loquens,] Cherubin aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. Exod. 25.

Expressę similitudines.] An his verbis, Non facies tibi sculptile, prohibeatur vsus imaginum? 1^a. q. 100. 4. c. & 3^a. q. 25. 1^m potissimum. Imagines sanctorum cur in Ecclesię 2^a. q. 94. 2. 1^m. An imago Christi & sanctorum sit adoranda? 3^a. q. 35. 3.

Item, Locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ecce, vocauit ex nomine Beseleel filium Vri, filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia in opere, ad excogitandum quicquid fabre fieri potest ex auro, & argento, & are, & marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum, Exo. 31.

Deinde sequitur: Beseleel fecit duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij. Exod. 37.

Idem conuincit etiam iste scripturę locus: Orauit Moyfes pro populo, locutus est Deus ad eum: Fac serpentes æneum, & pone eum pro signo: qui percussus resperxit eum, viuer. Num. 21.

Item, is qui 1. Paralip. cap. 28. extat, vbi dicitur Dauid aurum & argentum Salomoni dedisse ad leones & leunculos inde conficiendos.

Vnde luce meridiana clariùs etudat, non omnem arte expressam similitudinem, neque omnem creaturarum artificiosam figuracionem, à Deo hoc primo præcepto interdicitam fuisse: sed talem duntaxat similitudinem, quę vel ipsa pro Deo coleretur, vel quę ad falsi Dei honorem constructa, in aliqua haberetur veneracione.

Hinc quoque palàm est imaginum vsus apud Catholicos receptum, & ab Ecclesiã approbatum, nihil habere commune cum eo quod hoc primo Decalogi præcepto

prohibetur: quippe qui longissimè ab idololatrarum superstitione & impietate distat. Non enim potestatem, dignitatem, aut vim diuinam Catholici imaginibus tribuunt, neque eas vt Deos colunt, neque etiam ad falsi & Commenticij alicuius Dei veneracionem eas habent, sed vt vel per eas, vel coram iis Deum ipsum, & sanctos [intimos eius amicos] honore qui illis debetur, afficiant. a Sanctos enim qui in cælo sunt iuste honorari, nemo, nisi fide & communi sensu priuatus, negauerit. Nam si rectè viuos illustri aliqua virtute aut dignitate præditos, vel corporis inclinatione, vel capitis apertione, vel alio veneracionis genere honoramus & colimus, exemplo Dauidis, qui [vt scriptura commemorat 1. Reg. 24.] pronus in terram Saulem adorauit: an non longe iustus est, b sanctos cum Christo in cælis feliciter regnantes perfectissimãque virtute iam præditos, ac summam dignitatem propter gloriosum certamen quod in præsentis vitæ certarunt adeptos, quos [Christo hoc eis promittente Ioan. 12.] nunc ipse pater cælestis honorificat, & nos quoque miscellos adhuc & viles hominiciones honorare? Recte denique & citra primi istius præcepti transgressiõnem, vt nos in suis apud Deum precibus adiuent, sanctos rogamus. Neque hoc magis fit cum vilius diuini præcepti violacione, vel cum mediatoris nostri Iesu Christi iniuria, quam illud quod Paulus Romanos, Corinthios, Thessalones, Hebræos, &c. suos apud Deum deprecatores cõstituit, dicens: Fratres orate pro nobis 2. Thessal. 3. & Hebr. 13. Item, Adiuuentis me in orationibus vestris pro me ad Deum. Rom. 15. 2. Corin. 1. Itaque omnem istum apud Catholicos vsutum & receptum, tum imaginum tum regnantium cum Christo sanctorum cultum & honorem, quodd tōrus ad vniũs Dei Opt. Max. laudem & gloriam referatur atque redundet, sanctum & Deo gratum esse recte Ecclesiã iudicauit, & pij omnes eius auctoritati [vt decet] morigero & lubenti animo sese subicientes, ideim firmiter credunt atque profrentur.

a Quibus debeatur honor, 2^a. q. 103. 2. c. Quomodo alter Deus honoretur, & alter eius creaturę, 2^a. q. 84. 2. 1^m. & q. 103. 3. o.

b An sancti nunc sint beati? 1^a. q. 85. 1. 2^m. 2^a. q. 28. 1. 1^m. & q. 83. 1. 3. q. 5. 5. Sup. q. 69. 2.

c An sancti sint orandi? 1^a. q. 83. 4. o. & Sup. q. 72. 2.

An sancti qui sunt in patria orant pro nobis? 2^a. q. 83. 1. o.

An orationes sanctorum pro nobis ad Deum fusa semper exaudiantur? Sup. q. 72. 3. o.

Ex præceptis autem Ecclesię quinque sunt, quorum vt obseruatio, ita etiam cognitio omnibus Christianis est necessaria.

I.

Dies festos ab Ecclesiã præscriptos celebrato.

II.

Missam integram singulis festis atque Dominicis diebus audito.

III.

Indicta certis diebus ieiunia, & à nonnullis cibis, quo tempore illorum vsus prohibitus est, abstinentiam seruato.

III.

Sacerdoti proprio, vel alij eius locum teuenti, singulis saltem annis confiteor.

V.

Sacrosanctam Eucharistiam, minimum semel in anno, idque ad Paschalem solennitatem, sumito.

Quę quidem omnia tam diuina quam Ecclesiastica præcepta duobus sequentibus inclusa tenentur:

Prius est,

Diliges Dominum Deum tuam ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.

Alterum est,

Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Ex præceptis autem Ecclesię.] An Ecclesiã possit condere legem in pertinentibus ad cultum Dei? 2^a. q. 10. 10. c.

An lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientie? 1^a. q. 96. 4. o.

Dies festos.] Vide tertium mandatum Decalogi de festis, 1^a. q. 103. 4. 4^m. 2^a. q. 4. o. & q. 122. 4. o. & 147. 5. c.

Indicetis diebus. An ieiunium sit in præcepto? 22. q. 147. 3.
 An omnes ad ieiunia Ecclesiae teneantur? 22. q. 147. 4. o.
 Ad conuenienter decerni inarata sunt tempora ieiunij Ecclesiae? 22. q. 147. 5. o.
 Et à nonnullis cibis? An conuenienter ieiunantibus indicatur abstinentia à carnibus, ouis, & lactiis? 22. q. 147. 8. o.
 Sacerdoti proprio. De ministro confessionis, Sup. q. 8. o.
 An sit necessarium quod homo confiteatur proprio sacerdoti? Sup. q. 8. 4. o.
 An possit aliquis alteri quam proprio sacerdoti confiteri ex privilegio vel mandato superioris? Sup. q. 8. 5. o.
 An in sine vitæ penitens possit à quolibet sacerdote absolui? Sup. q. 8. 6. o.
 Singulis saltem annis confiteatur. An omnes ad confessionem teneantur? Sup. q. 6. 3. o.
 An quis facit post peccatum admissum teneatur confiteri? Sup. q. 6. 5. o.
 An possit cum aliquo dispensari ne confiteatur homini peccata? Sup. q. 6. art. 6. o.
 Sacrosanctam Eucharistiam. An liceat cessare omnino à communione? 3. q. 80. 11. o.
 Præcepta duobus sequentibus. An duo hæc præcepta de charitate sufficiant? 22. q. 44. 3. o.
 Diliges Dominum Deum tuum. An conuenienter manderetur Deus diligere ex toto corde? 22. q. 44. 4.
 An conuenienter addatur huic præcepto, Et ex tota anima tua? 22. q. 44. 5. o.
 Quid per hæc quatuor, Ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua intelligatur? 22. q. 44. 5. o.
 An præceptum hoc de dilectione Dei possit seruari in via? 22. q. 44. 6. o.
 Diliges proximum tuum. An conuenienter detur præceptum de dilectione proximi? 22. q. 44. 7. o.
 Quid proximus? Ibidem. c. princ.
 Sicut seipsum. An aliquis ergo debeat proximum æqualiter sibi diligere? 22. q. 44. 7. c.

CONTRA GRASSANTEM DE FIDE SINE OPERIBUS HÆRESIM BREVIS ADMONITIO.

Tum ex ista præceptorum, tam diuinarum quam Ecclesiasticorum, ad hominem in diuino cultu, & morum integritate continendum, præscriptione, tum etiam ex eo loco ubi Christus seruator noster apud Matth. ca. 7. dicit, Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Item cap. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, palam est, vanum esse, & à Dei Christi seruatoris nostri doctrina alienum, dogma grassantium nunc hæreticorum, qui asserunt bona opera, religiosamque sanctorum præceptorum obseruationem nullius esse momenti, neque valoris, ad æternam vitæ gloriam promerendam.

Qui asserunt bona opera. An bona opera sint meritoria vitæ æternæ? 22. q. 124. 3. o.
 An bona opera promerantur augmentum charitatis & gratiæ? 22. q. 124. 8. o.
 An bona opera requirantur ad beatitudinem consequendam? 22. q. 5. art. 7. o.

Idem quoque manifeste conuincunt Christi redemptoris nostri verba, tum ad beatos, tum etiam ad damnatos, in extremo iudicio profierendā.

Ad beatos quidem hæc: [Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esurini enim, & dedistis mihi manducare; Sitiui, & dedistis mihi bibere; Hospes eram, & collegistis me; Nudus, & operuistis me; infirmus, & visitastis me; in carcere eram, & venistis ad me.]

Et paulò post: [Amen dico vobis, quantum diu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.]

Ad damnatos autem proferenda ista: Discedite à me maledicti in ignem æternum: qui parati estis diabolo & Angelis eius; Esurui enim, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me; nudus, non operuistis me; infirmus, & in carcere, & non visitastis me.]

Et paulò post, [Amen dico vobis, quando non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.]

Idem dogma falsum arguunt ista quoque B. Pauli verba, [Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.] Ad Ro. 2. c.

Similiter ista, [Deus reddet unicuique secundum opera eius.] Ad Rom. eod. cap.

Et apertissima illa quibus ait idem Apostolus, [Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.] 1. Corinth. 13.

Denique istam sententiam, [Istæ sine operibus mortua est], Jacobi cap. 2. ea potissimum mente atque intentione Iacobus Apostolus scripsisse, atque posteritati tradidisse videtur, vt omnibus Christianis aduersus istius falsi dogmatis virus, loco saluatoris antidoti atque remedij esset.

DE IUSTITIA CHRISTIANA.

Iustitia Christiana, de qua loquitur Christus seruator noster apud Matt. ca. 5. dum ait, [Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabit in regnum cælorum,] nihil aliud est nisi animi mundities quedam, & ab omni peccati saltem lethali macula, puritas coniuncta vel actu vel habitu, cum legis obseruatione. Possit & sic definiti: Iustitia Christiana est talis animi affectio seu habitus, vnde que sancta, iusta, Deoque grata in dictis, factis, atque cogitationibus sunt, ad cultum diuinæ maiestatis debitum persoluendum proficiuntur.

Iustitia Christiana siue interior quæ dicitur q. 113. 1. c.
 Quomodo iustitia Christianorum abundet plus quam iustitia Scribarum & Phariseorum? 12. q. 91. 5. c.

De iustitia vt est virtus cardinalis, 22. q. 58. o. & 12. q. 113. 1. c.

Iustitiæ Christianæ duo sunt officia, declinatio à malo, seu obseruatio eorum præceptorum, siue diuinarum, siue Ecclesiasticorum, quibus malum interdicitur.
 Operatio boni, seu eorum præceptorum, quibus id quod bonum, sanctum, & diuinæ maiestati acceptum est, facere iubemur, executio.

Iustitiæ Christianæ duo sunt officia, declinatio à malo, & facere bonum sint partes iustitiæ? 22. q. 79. 1. o.
 An transgressio sit speciale peccatum? 22. q. 79. 2. o.
 An omisso sit speciale vitium? 22. q. 79. 3. o.
 An transgressio peccati sit grauius peccato omissionis? 22. q. 79. 4. o.

ADMONITIO.

Ex hoc bipartita iustitiæ Christianæ officiorum diuisione satis intelligitur duplicem in vita præsentis hominibus propositam esse viam, vnam latam atque vagam, per amplam videlicet, & frequentia vitiorum compita, quæ ducit ad mortem æternam: & alteram arctam & definitam, (per virtutis nimirum angustum, & à paucis calcaturam tramitem) quæ ducit ad æternæ vitæ sempiterna gaudia: quarum hanc sequendam, illam verò fugiendam grauisimè monet Christus seruator noster, apud Matth. his verbis: [Intrate angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta est via quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inveniunt eam;] capit. 7.

Quod autem via virtutis sit angusta, & vitiorum iter amplum & spatiosum, nemini mirum videri debet: Quæ admodum enim in iaculando, signi propositi attingendi vnicus est trames, isque perangustus & inuentus admodum difficilis; aberrandi verò ab eo signo innumerabiles sunt vitæ atque rationes; per quarum aliquam vt facillimè, ita etiam frequentissimè à iaculatoribus telum mittitur.

Similiter boni operis perficiendi, & alicuius virtutis laudem assequendi, vnica est, eaque arcta & certis limitibus definita ratio; vltra quam, citraue nequit consistere rectum. At à virtutis actione tum per exuperantiam, tum per defectum, in quibus situm est vitium defectentes vitæ, & præuè agendi rationes, sunt infinitæ; in quas & procliuissimè & sepius, in vitæ cursu moderando, labitur infirmitas humana.

Huc etiam agit de, quod homo propter peccati originis nondum penitus extirpati reliquias, ad malum sit, quam ad bonum pronior; vt testatur Deus ipse apud Moysen his verbis: Senius & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua, Gen. 8. cap.

Porrò ad hæc iustitiæ Christianæ officia feliciter & ad salutem æternam consequendam, vtiliter exequentia, opus est in primis diuino auxilio & gratia, voluntatem hominis ad ea suscipienda mouente atque inducente, & ad constantem in iis perseverandum confirmante, quæ assistentibus à Deo omnium bonorum auctore & largitore

gitore benignissimo est flagitanda. Opus est etiam præceptorum, tam diuinarum quam Ecclesiasticorum, nec non peccatorum atque virtutum mediocri saltem cognitione.

Ad malum sit quam ad bonum pronior. Cur homo procliuior est ad malum quam ad bonum? 12. q. 71. 2. 3. m.
 Opus est in primis diuino auxilio. An homo possit velle & facere bonum absque gratia? 12. q. 109. 2.

An possit homo line gratia per sua naturalia præcepta legis implere? 12. q. 109. 4. o.
 An homo possit sine gratia non peccare? 12. q. 109. 8.

Et ad constantem in iis perseverandum confirmante. An homo in gratia consistens, non indigeat auxilio gratiæ ad perseverandum? 12. q. 109. 10. o. & 22. q. 37. 4. o.

De præceptis supra, cum de Charitate ageremus, à nobis dictum est; sequitur itaque nunc vt de peccatis atque virtutibus aliquid adiciamus; quod breuiter & summatim (vt præsentis libelli postulat ratio, ea duntaxat quorum cognitionem ad iustitiam Christianam solentiam, plurimum habere momenti arbitrabimur exponendo) faciemus.

DE PECCATO.

Peccatum (auctore Ambrosio in libro De paradiso) nihil aliud est, nisi legis diuinæ prauaricatio, & cælestium inobedientia præceptorum.

Peccatum est duplex, Communis originis, quod ex primorum parentum inobedientia ortum, nascendo contrahimus. Proprie actionis, quod propria quicque voluntate committit.

Huius generis peccatum à fallaci suggestionem incipiens, delectatione crescit, consensuque perficitur, atque vt patet latissimè, ita plurimè ac distinctissimè sunt eius diuisiones, è quibus quatuor quæ sequuntur Christianæ religionis tyronibus scitu maxime sunt necessaria.

Prima.

Peccatum propriæ actionis committitur } Cognitione, Verbo, Opere, Ommissione.

II.

Peccatum propriæ actionis nascitur ex } Ignorantia, Infirmitate, & Malitia.

III.

Peccatum propriæ actionis est,	Lethale, quod animæ presentem adfert mortem, de qua Ezech. 18. cuiusmodi sunt ista,	Capitalia septem,	1. Superbia.
			2. Auaritia.
			3. Luxuria.
			4. Inuidia.
			5. Gula.
			6. Iracundia.
			7. Acedia.
	In Spiritum sanctum, sex,		1. Præsumptio de misericordia Dei, vel de impunitate peccati.
			2. Desperatio.
			3. Cognitiæ veritatis impugnatio.
			4. Fratrum charitatis inuidia.
			5. Obstinatio.
			6. Obscuratus penitentiam contemptus.
	Clamantia in cælum quatuor.		1. Homicidium voluntarium.
			2. Peccatum Sodomiticum.
			3. Oppressio pauperum, viduarum aut pupillarum.
			4. Mercedis operariorum iniqua retentio.

Veniale, cui venia facile tribuitur, & sine quo in hac mortali vita, ne iusti quidem quantumvis sancti viuunt; verè cum aliis dicentes: Dimitte nobis debita nostra, Matth. 6. Nec tamen propterea iusti esse desinunt.

Peccatum auctore Ambrosio. Peccatum quid? 12. q. 71. 6. o.
 Communis originis. De peccato originali, 12. q. 81. vique ad q. 84. am.
 Proprie actionis. De peccato actuali, 12. q. 71. vique ad quæstio. 90. am.

Prima. An conuenienter diuidatur peccatum in peccatum cordis, oris & operis ac omissionis? 12. q. 72. 6. & 7.
 II.] De peccato quod nascitur ex ignorantia, 12. q. 76. o.

De peccato quod nascitur ex infirmitate, 12. q. 77. o.
 De peccato quod nascitur ex malitia, 12. q. 78. o.
 Peccatum propriæ actionis est aut lethale, aut veniale. De diuisione peccati in peccatum mortale & veniale, & comparatione venialis peccati ad mortale, 12. q. 72. 5. o. q. 88. o.
 De veniali peccato secundum se considerato, 12. q. 89. o.
 Capitalia septem. Quid capitale? 12. q. 85. 3. c.
 An sint septem vitia capitalia? 12. q. 85. 4. o.
 Superbia. De superbia, 12. q. 84. 2. & 22. q. 162. & q. 163. 1. & 2.
 An Superbia sit vitium capitale? 12. q. 84. 2. o. & q. 62. 8. o.
 Auaritia. De avaritia, 12. q. 84. 1. o. & 22. q. 118. o.
 An avaritia sit vitium capitale? 12. q. 84. 1. o. & 22. q. 118. 7. o.
 Luxuria. De luxuria, 12. q. 84. 4. c. & 22. q. 153. o.
 De speciebus luxuriæ, 22. q. 154.
 An luxuria sit vitium capitale? 22. q. 153. 4.
 Inuidia. De inuidia, 12. q. 84. 4. c. & 22. q. 36.
 An inuidia sit vitium capitale? 22. q. 36. 4. o.
 Gula. De gula, 12. q. 84. 4. c. & 22. q. 148. o.
 An gula sit vitium capitale? 22. q. 148. 5. o.
 De ebrietate, 2. q. 150.
 Iracundia. De iracundia, 12. q. 84. 4. c. & 22. q. 158. o.
 An ira debeat poni inter vitia capitalia? 22. q. 158. 6. c.
 Acedia. De acedia, 12. q. 84. 4. c. & 22. q. 35.
 An acedia debeat poni vitium capitale? 22. q. 35. 4. o.
 In Spiritum sanctum, sex. De peccato in Spiritum sanctum & singulis eius speciebus, 22. q. 14. o.
 Homicidium. De homicidio, 22. q. 64. 2. potissimum Peccatum Sodomiticum. De peccato Sodomitico, 22. q. 145. II. & 12.

IIII.

Peccatum propriæ actionis vocatur } Proprium, quod à nobis ipsis perpetratur.
 1. Confusio.
 2. Iusu.
 3. Consensu.
 4. Irritatione.
 5. Laudatione seu assentione.
 6. Recitantiæ culpæ alienæ, quæ erat patefacienda.
 7. Coniuuentia.
 8. Rei alienæ participatio.
 9. Iniqua facti alieni defensione.
 Alienum, quod ab aliis perpetratur, nobis iuste imputatur: contingitque modis nonnullis.

Alienum. De peccatis alienis, 22. q. 62. 7. c.

ADMONITIO.

Ad pleniorum cognitionem, & cautiorum fugam istius generis peccatorum (quæ, quod propria cuiusque voluntate committantur, propriæ actionis peccata vocauimus) duo sunt præterea scienda.

Prius est, quodlibet huius generis peccatorum vel grauius, vel leuius esse posse, pro circumstantiarum vel aggrauantium, vel extenuantium ratione, ad eò vt quod diximus lethale ex suo genere, sæpenumero propter extenuantem circumstantiam veniale fieri possit.

Sunt autem circumstantiæ quibus vel aggrauatur, vel extenuatur peccati culpa; octo hoc versiculo comprehensæ.

Quis, quid, vbi, quoties, per quos, cur, quomodo, quando.

Alterum est, vel omnia istius generis peccata; vel certè maximam eorum partem, per sensus exteriores, qui sunt visus, auditus, olfactus, gustus & tactus, veluti per fenestras quasdam ad animum corrumpendum aditum habere.

Proinde isti sensus, summa cura atque vigilantia omnibus, qui æternæ animi sui salutis consultum volunt, custodiendi sunt; & ab omni eo quod peccati occasionem præbitorum creditur, sedulo cohibendi.

Vel grauius. Grauius peccatorum vnde merienda? 12. q. 73. art. 3. & sequentibus.
 An circumstantia aggrauer peccatum? 12. q. 73. o.
 De circumstantiis humani actus, 12. q. 7. o.
 Alterum est. An apprehensio sensus sit causa peccati? 12. q. 75. 2. c. 2. m. & 3. m. & q. 77. 1. c. & art. 5. o.

VIRTUS est sancta & diuinis oculis gratia diuinioque beneficio accepta animi affectio, seu qualitas, vnde quæ cogitando, loquendo, & quiduis aliud agendo, rectè, laudabiliter, sanctè, & diuinæ voluntati conuenienter fiunt, proficiuntur.


Virtus est sancta. De essentia virtutis, 12. q. 55. o.

Virtus quid? 12. q. 55. 4.

Virtutis, quemadmodum ei contrarij peccati, varia sunt

Catechismus

funct differentia atq; species, quarum praeipuae & Christianae religionis tyroni scitu maxime necessariae sequentiu diuisione comprehenduntur.



Eodem spectant beatitudines, seu potius beatorum octo genera, quae apud Matth. capit. 5. his verbis recensentur.

- 1. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
2. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
3. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
4. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.
6. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
7. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
8. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Eodem spectant. De beatitudinibus, 12. q. 69. o. Quid per beatitudines intelligatur, 12. q. 69. l. 6. Quomodo praemia beatitudinum compleantur in hac vita, 12. q. 69. 2. 3. m. Beatitudinum octo genera. Cum B. Lucas solum quatuor beatitudines enumeret, quomodo igitur octo assignantur? 12. q. 69. l. 3. m. Cum in sacra scriptura plures beatitudines enumerentur quam haec octo, cur solum octo recensentur? 12. q. 69. l. 3. 4. m. Beati pauperes spiritu. Quid hic significetur, 12. q. 69. l. 3. c. Ipsorum est regnum. An regnum caelorum tanquam praemium conuenienter promittatur pauperibus spiritu? 12. q. 69. l. 4. c. Beati mites. Qui dicuntur mites? 12. q. 69. l. 3. c. Quoniam ipsi possidebunt terram. Cur Dominus mites repromissit possessionem terrae? 12. q. 69. l. 4. c. Cum omnia bona in regno caelorum contineantur, cur addantur alia praemia? 12. q. 69. l. 4. 1. m. An sicut in beatitudinibus procedit ascendendo, ita etiam in praemis procedatur ascendendo? 12. q. 69. l. 4. 3. m. Beati qui lugent. Quoniam hic significatur? 12. q. 69. l. 3. c. Quoniam ipsi consolabuntur. Cur lugentibus Christus promittit consolationem? 12. q. 69. l. 4. c. Qui esuriunt. Quenam beatitudo, siue opus virtutis hic exprimitur, 12. q. 69. l. 3. c. Quoniam ipsi saturabuntur. Cur esurientibus tanquam praemium assignatur saturatio? 12. q. 69. l. 4. c. Beati misericordes. Quomodo hic designentur? 12. q. 69. l. 3. c. Quoniam misericordiam consequentur. Cur Dominus misericordibus promittit misericordiam? 12. q. 69. l. 4. c. Mundo corde. Cur sexta beatitudo ponitur, Beati mundo corde? 12. q. 69. l. 3. c. Quoniam ipsi Deum videbunt. Cur mundis corde promittitur visio Dei? 12. q. 69. l. 4. c. Beati pacifici. Cur septima beatitudo ponitur, Beati pacifici? 12. q. 69. l. 3. c. Quoniam filij Dei. Cur pacifici promittitur gloria filiationis Dei? 12. q. 69. l. 4. c. Beati qui persecutionem. Cui requisito ad terrenam beatitudinem haec beatitudo opponitur? 12. q. 69. l. 3. 6. m. Ad quam virtutem pertinet pati persecutionem, ibidem. Quoniam ipsorum est regnum caelorum. Cur regnum caelorum ponitur pro praemio in octaua beatitudine, cum positum sit tanquam praemium & merces primae beatitudinis? 12. q. 69. l. 4. 2. m.

Eodem quoque spectat.

Duplex meditatio, videlicet, 1. Cur creatus sum, 2. Quid sum? 3. vbi sum? 4. vnde venio? 5. quid vado? 1. Mors, 2. Iudicium extremum, 3. Inferi, 4. Gloria caelestis, seu beatitudo aeterna. Cur creatus sum. De vltimo fine hominis, 12. q. 93. o. 12. q. 93. l. & seq. Quid sum. De statu primi hominis, 9. 94. & seq. vsque ad 103. 2. m. De corruptione boni naturae, 12. q. 85. c. An peccatum originis transeat per originem in omnes? 12. q. 85. l. 3. o. De miseris & panis quibus homo subicitur propter primum peccatum, 22. q. 116. l. 1. & 2. Vbi sum. De expulsiōe hominis de paradiso, 22. q. 116. l. 2. 4. m. & 117. & 118. q. 102. 2. 3. m. Vnde venio. De productione hominis, 1. 91. o. & 91. An corpus primi hominis sit formatum de limo terrae? 21. q. 91. l. 1. o. Quid vado. De quatuor nouissimis que sunt mors, de qua 12. q. 85. l. 1. m. & q. 85. l. 6. Iudicium extremum, de quo 3. q. 59. 4. & 5. Sup. q. 88. & q. 89. vsque 91. m. Inferi, de quibus 12. q. 54. 4. 3. q. 52. Sup. q. 69. De pena damnatorum, Sup. q. 97. & sequentibus vsque ad h. & gloria caelestis seu beatitudo aeterna, de qua 12. q. 23. q. 2. q. 3. q. 4. & q. 58. Sup. q. 97. De dotibus beatorum, Sup. q. 95. o.

DE SACRAMENTIS.

Sacramentum est diuina & latens gratiae externum atque sensui expositum signum, ad hominis aeternam salutem promouendam, diuinitus ordinatum.

- Cuiusmodi in Euangelica lege a Christo seruatore nostro septem sunt instituta, nimirum, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vñctio, Ordo, Matrimonium.

De sacramentis. De sacramentis, 3. 2. p. q. 60. & q. sequentibus vsque ad finem. & Sup. q. 1. & sequentibus vsque ad quast. 69. Sacramentum est diuina. Sacramentum quid? 3. 2. q. 60. o. Est rei diuinae. Cuius rei sacra sit sacramentum signum, 3. 2. q. 60. & 2. o. & 3. o. Externum. An sacramentum sit semper aliqua res sensibilis? 3. 2. q. 60. 4. Ad hominis aeternam salutem. De necessitate & effectu sacramentorum, 3. 2. q. 61. o. & 62. o. Septem sunt. De numero sacramentorum, 3. 2. q. 61. o.

Baptismus est nouae legis primum Sacramentum, in ablutione corporis exteriore & legitima verborum pronuntiatione, secundum Christi institutionem consistens: quod tam paruulis quam adultis ad salutem est necessarium. Hoc sacramento plena peccatorum accepta remissione, spiritaliter regeneramur in nouam creaturam, & qui antea eramus filij irae, nunc filij Dei haereditique, Christi autem nostri redemptoris cohaeredes efficiuntur. Baptismus est. De baptismo, 3. 2. 66. 8. & seq. vsque ad q. 72. 2. m. Est nouae legis primum. An baptisus sit a Christo institutus, & quando? 3. 2. q. 66. 2. o. In ablutione corporis. An baptisus sit ipsa ablutio? 3. 2. q. 66. 1. o. De materia baptismi, 3. 2. q. 66. 3. & 4. Et legitima verborum pronuntiatione. An in sacramentis requirantur verba? 3. 2. q. 60. 6. 7. & 8. De forma baptismi, 3. 2. q. 66. 5. o. Tam paruulis quam adultis. De suscipientibus baptismum, 3. 2. q. 60. 6. 8. o. An sine baptismo nullus possit saluari? 3. 2. q. 68. 2. o. An pueri sint baptizandi? 3. 2. q. 68. 9. o. An pueri in matris vteris existentes possint baptizari? 3. 2. q. 68. 11. o. Hoc plena peccatorum accepta remissione. De effectibus baptismi, 3. 2. q. 69. o. An homo per baptismum liberetur ab omni peccato, & ab omni reatu peccati? 3. 2. q. 69. 1. & 2. Spiritualiter regeneratur. Cur baptisus dicatur regeneratio? 3. 2. q. 66. 9. c. In nouam creaturam. An per baptismum conferatur gratia & virtutes? 3. 2. q. 69. 4. 5. & 6. Haereditique Christi. An effectus baptismi sit apertio ianuae regni caelestis? 3. 2. q. 69. 7. o. Confirmatio, Sacramentum est quod baptizatis ab Episcopo confertur in fronte, per sacrum Christum, adhibita certa verborum forma. Haec fidem corroborat, & homini Christiano ad nomen Domini, quandocunque opus est, intrepidè profitendum animum addit. Confirmatio. De confirmatione, 3. 2. q. 72. o. Sacramentum est. An Confirmatio sit sacramentum? 3. 2. q. 71. 1. o. Quod baptizatis. An character confirmationis praesupponat ex necessitate characterem baptismalem? 3. 2. q. 72. Ab Episcopo confertur. An solus Episcopus hoc sacramentum possit conferre? 3. 2. q. 72. 1. 1. o. In fronte. An hoc sacramentum sit conferendum homini in fronte? 3. 2. q. 72. 9. o. Per sacrum Christum. An Christum sit conueniens materia huius sacramenti? 3. 2. q. 72. 1. o. Adhibita certa verborum forma. An haec sit conueniens sacramenti confirmationis forma, Consigno te signo crucis, & confirmo te Christum salutis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen? 70. 3. 2. q. 72. 4. o. Haec fidem corroborat. De effectu confirmationis, 3. 2. q. 72. 1. & 7. o. Eucharistia, est Sacramentum, in quo postquam sacerdos, secundum Ecclesiae ritum ordinatus, panem & vinum verbis a Christo traditis consecrauit, verè & secundum substantiam suam totus Christus sub vtrauis specie continetur, pane in corpus eius, & vino in sanguinem diuina virtute transmutatis. Per Eucharistiam hominis Christiani animus saluari veri corporis & sanguinis Domini reficitur alimento, Deoque gratum offertur sacrificium. Eucharistia est. De Eucharistia, 3. 2. q. 73. & sequentibus vsque ad q. 84. m.

Est sacramentum. An Eucharistia sit sacramentum? 3. 2. q. 73. l. 1. o. Postquam sacerdos. De ministro huius sacramenti, 3. 2. q. 82. o. An consecratio huius sacramenti sit propria sacerdoti? 3. 2. q. 82. l. 1. o. Panem & vinum. De materia huius sacramenti, 3. 2. q. 74. o. An materia huius sacramenti sit panis & vinum? 3. 2. q. 74. l. 1. o. Verbis a Christo traditis consecrauit. De forma huius sacramenti, 3. 2. q. 68. o. An haec sit forma huius sacramenti, Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei? 3. 2. q. 68. l. 1. & 3. An praedictis verbis formarum sit aliqua vis creata effectiua consecrationis? 3. 2. q. 68. 4. o. Verè & secundum substantiam suam totus Christus. An corpus Christi sit in hoc sacramento secundum rei veritatem, an verò solum secundum figuram? 3. 2. q. 75. l. 1. o. An totus Christus contineatur sub hoc sacramento? 3. 2. q. 76. l. 1. o. Sub vtrauis specie continetur. An totus Christus contineatur sub vtraque specie huius sacramenti? 3. 2. q. 76. 2. o. Pane in corpus eius. An in hoc sacramento non remaneat substantia panis & vini post consecrationem? 3. 2. q. 75. 2. o. Per Eucharistiam hominis Christiani. De effectibus huius sacramenti, 3. 2. q. 79. o. Deoque gratum offertur sacrificium. An in celebratione huius sacramenti Christus immoletur? 3. 2. q. 83. l. 1. o.

ADMONITIO SEV ANTI DORUM, contra grassantem nunc sacramentarium pestem.

Christus Seruator noster, visitatam & communi hominum iudicio approbatam sponforum (qui longum iter ingressuri, in memoriam sui, pretiosum aliquod memento non sponis suis relinquere solent, seipso totos si possent, libentius relicturi) consuetudinem retinens atque obseruans, quum Ecclesiae militanti sponsa sua (quam summa, & vt Beatus Paulus ad Ephesios 2. loquitur, nimia charitate diligebat) familiarem sui corporis praesentiam, consuetumque aspectum subtracturus esset, quod habebat omnium pretiosissimum ei relinquere ac donare, ad perpetuum sui memoriam volens, quum seipso nihil haberet pretiosius, seipsum reuera secundum substantiam suam, totum & integrum in anima, carne, sanguine atque diuinitate ei reliquit. Vt testatur ipse, dum ait: Hoc est corpus meum. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Hic est sanguis meus. Matt. 26. Mar. 14. Hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Item Paulus, vbi dicit: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diu dicans corpus Domini. Et eodem loco: Reus erit corporis & sanguinis Domini.

Pœnitentia, Sacramentum est in quo per sacerdotis absolutionem peccata post baptismum commissa Christiano non illa detestanti ritèque confitenti remittuntur.

Cuius tres sunt partes, Contritio, Confessio, Satisfactio, quae fit, Corde, Ore, Opere. Pœnitentia. De pœnitentia, 3. 2. q. 84. vsque ad finem & Sup. q. 12. vsque ad 29. 2. m. Sacramentum est. An pœnitentia sit sacramentum? 3. 2. q. 84. l. 1. o. Per sacerdotis absolutionem. An haec sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo, 3. 2. q. 84. 3. o. Peccata post baptismum commissa. An pœnitentia sit secunda tabula post naufragium? 3. 2. q. 84. 6. Quae detestatus. De contritione, Sup. q. 12. & sequentibus vsque ad q. 61. m. Ritèque confessus fuerit. De confessione, Sup. q. 6. vsque ad q. 12. am. De qualitate confessionis, Sup. q. 9. o. Remittuntur. De effectu pœnitentiae? 3. 2. q. 86. o. Cuius tres sunt partes. De partibus pœnitentiae, 3. 2. q. 90. 2. & 3. potissimum. Contritio fit corde, &c. 3. 2. q. 90. 2. argumento primo. Extrema vñctio, est Sacramentum quo per oleum sacrum & certas preces recreantur aegrotantes, animi malis, si qua in iis reliqua sunt, sublati, & interdum etiam corporis sanitas restituta. Extrema vñctio. De sacramento extremae vñctionis, Sup. q. 29. & sequentibus vsque ad q. 34. Est sacramentum. An extrema vñctio sit sacramentum? Sup. q. 29. l. 1. o. Per oleum sacrum. An oleum oliuae sit conueniens materia huius sacramenti? Sup. q. 29. o. An oporteat oleum esse consecratum? Sup. q. 29. 5. o. Et certas preces. De forma huius sacramenti, Sup. q. 29. 7. 8. 9. Recreantur aegrotantes. De effectibus huius sacramenti, Sup. q. 30. o. Ordo, est Sacramentum, quo ad Deicultum, ministri Ecclesiae consecrantur. Per hoc enim Sacramentum

tum, velut ostium, necessarium intrare legitimos dispensatores mysteriorum & eloquiorum Dei, nimirum, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & quotquot in sacris muneribus ritè & secundum ordinationem diuinam versari volunt.

Ordo.] De sacramento Ordinis, Sup. q. 34. v. que ad 41. am.
Est sacramentum.] An Ordo sit sacramentum? Sup. q. 34. 3. o.
Quo ad Dei cultum.] Cur in Ecclesia est Ordo, & Ordo quid? Sup. q. 34. 1. & 2.

MATRIMONIUM, est Sacramentum, indiuidua vitæ consuetudine maris & feminae legitime inter se coniuncti, iisdemque gratiæ donum elargiens, quo frenato concupiscentiæ impetu, genus humanum laudabiliter & sanctè conseruatur atque propagatur.

Matrimonium.] De Matrimonio, Sup. q. 41. v. que ad q. 69. am.
De causa appellationis matrimonij. Sup. q. 44. 2. o.
Est sacramentum.] An matrimonium sit sacramentum? Sup. q. 42. 1. o. 2. o.
Indiuidua vitæ.] Matrimonium quid? Sup. q. 44. o & art. 3. possimum.
Iisdemque gratiæ donum.] An matrimonium conferat gratiam? Sup. q. 41. 3. o.
Genus humanum laudabiliter.] De bonis matrimonij. Sup. q. 49. o.

In quibus omnibus Sacramentis debet minister intentionem habere id agendi quod Christus instituit, & Ecclesia facit.

Hactenus de Sacramentis vti ratio, & breuitas catechismi postulare videbatur. Si quis plura de hoc argumento breuiter comprehensa videre velit, consulat no-

stra de Sacramentis ecclesiæ Axiomata, quæ iisdem his Christophori Plantini typis, iam secundo excusa prodierunt in lucem: ibi quo suum explere possit desiderium (nisi nostra nos fallat opinio) abundè est inuenturus.

EPILOGVS AD CHRISTIANÆ
PIETATIS STUDIO S
ADOLESCENTES.

DOCTRINÆ Christianæ, pij adolescentis, quinque summis capitibus, quæ initio huius libelli nobis tractanda proposueramus (videlicet, De Fide Spe, Charitate, Iustitia Christiana, atque Sacramentis) vt potuimus, clarissimè, breuissimè, & ad vestram ætatem memoriãque accommodatissimè iam declaratis, superest nunc, vt quum à nobis vestri animi & corporis æternæ salutis adipiscendæ maximum suppeditatum sit adiumentum, nequaquam vobis ipsi desitis, sed postpositis omnibus aliis studiis & occupationibus, toto pectore, omniq; vigilantia in eam incumbatis curam, vt quæ hoc libello continentur, primùm intelligatis, intellectaque fideli manderis memoria: deinde, vt eadem, mente iam atque memoria comprehensã, per diuinum auxilium (quod sincerè & feruenter petentibus non negabitur) vita atque moribus exprimat. Ita fiet vt & ego meis laboribus propositum finem assequar, & vos æternæ vitæ felicitatem, qua nihil delectabilius, nihil præstabilius vel dici vel cogitari potest, consequamini. Valere.

F I N I S.